



DE VERA  
RESIDENTIA  
EPISCOPORVM.

DE VERA  
RESIDENTIA  
EPISCOPORVM  
OPVS MIXTVM

Episcopis benè præesse volentibus necessarium :

AUTHORE

D. D. THOMA DE ROSA  
OLIM EPISCOPO S. ANGELI  
LOMBARDORVM, ET BISACCIIEN.

*Nunc motu proprio Sanctissimi Domini Nostri Innocentij Diuina  
Providentia Papa XI. ad Ecclesiam Policastrensem  
translato.*



NEAPOLI,

Ex Typographia Hiacynthi Paffari. M. DC. LXXIX.

---

SVPERIORVM PERMISSV.



## CAPVT PRIMVM

*De origine Residentia Episcoporum, atque horum  
primæua institutione.*



**O**RIGINEM Residen-  
tiaz Episcoporum,  
in proprijs Eccle-  
sijs non ita liquidò  
ostendere possumus,  
nisi, & ipsorū Epi-  
scoporum princi-  
piū, & primæuum  
ortum demonstramus. At prius neces-  
sario præmittendum est, Episcopi nomē  
apud veteres, etiam gentiles, Magistratum  
sonare, hocque ad illos spectasse,  
qui inspectores, & custodes ad statum  
rerum cognoscendum, atque instruendum  
mittebantur, ut liquet ex Cicerone  
ad Atticum, epist. 10. lib. 7. Vult enim, ait,  
me Pompeius esse, quem tota hæc Campania,  
& maritima ora habent Episcopum. & Ar-  
cadius Jurisconsultus in l. munerum, ff. de  
munerib. & honorib. Episcopos vocat illos,  
qui præerant pani, & ceteris venalibus re-  
bus, quem Civitatum populus quotidianum  
victum sugerunt: Cuiuslibet obseru. lib. 27.  
c. 29. Duarenus, lib. 1. de sacris c. 7. : At in  
nostra Republica Christiana nomē hoc  
in sacrum, & spirituale ministeriū tran-  
siit, retento veteri significato, ut qui  
hominibus præficatur, Episcopus vocite-  
tur; & quidem optima ratione dispositum,  
nam Episcopi nomen est Græcum,  
constans ab Epi, quod idem importat,  
ac super, & scopus, quod sonat intentio;  
ut dicit Augustinus, de Civitate Dei, lib. 19.  
c. 19. habetur in c. qui 8. q. 1. vel ut expli-  
cat S. Thomas 2. 2. qu. 185. art. 1. ad primū,  
idest intendens; sic Episcopus græcè, la-  
tinè verò superintendens, seu specula-  
tor dicitur, ut intelligere valeamus, ut  
qui Episcopus efficitur, ad superinten-

dendum, & speculandum mores gregis,  
constituitur; explorare enim debet mo-  
res ouium, earumque salutem inuigilare,  
ut Sancti præfati docent: hoc enim no-  
men præ cæteris magis consonum visum  
est; qua de re Baron. anno 58. Maculernus de  
Monarchia Ecclesiastica, tom. 1. 2. p. lib. 5.  
c. 4. Fragotius de Regim. Reipublicæ Chri-  
stianæ tom. 2. lib. 8. disp. 18. §. 1. & 2. Al-  
zedus de institutione Episcoporum in princip.  
Petavius de Hierarchia Ecclesiastica c. 11.  
Marcus Antonius Cuchus instit. mator. lib. 2.  
tit. 6. num. 4. Barbosa. de potestate Episcopi,  
tit. 1. c. 4. Pac. Jordan. lucubr. tom. 1. prælu-  
d. 1. nu. 4. Gonzalez in c. cum cuncta 7. nu. 5. de  
re iudicat. Gerunda de Episcopo tom. 1. di-  
sp. 1. c. 1. quod intelligendum dicit Ge-  
runda nu. 7. præfate, & efficaciter, tum  
ad euertenda mala, seu culpæ, seu pœnæ  
à suis subditis: tum ad bona spiritualia,  
& temporalia eis procuranda, & admi-  
nistranda. Hoc posito, secundum histo-  
riam euangelicam habemus, quod Do-  
minus Iesus Christus caput Ecclesiæ mi-  
litantis, ob quam de Cælo descendit in  
terram, dum indutus nostra carne mor-  
tali se Episcopum nominauit, dicens  
Ioan. 10. Ego sum Pastor bonus, & cognosco  
oues meas. Primò elegit Andream, & Pe-  
trum, qui erant Piscatores, quos cum vidisset  
mittentes rete in mare, ait illis, venite  
post me, faciam vos piscatores hominum, at  
illi continuo relictis retibus, sequenti sunt  
cum, & præcedens inde, vidit alios duos  
fratres Iacobum Zebedei, & Ioannem fra-  
trem eius in navi cum Zebedeo patre eorum,  
resicientes retia sua, & vocauit eos: Matth.  
c. 4. & c. 10. testatur idem Euangelista,  
quod Iesus, conuocatis duodecim discipulis  
de dit